

1724, 23  
2 72

COLLEGII *JVRIDICI*  
ALMÆ AC PERANTIQVÆ VNIVERSITATIS ERFORDIENSIS  
DECANVS,  
ERNESTVS TENZELL,  
*JCTVS,*

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIA-  
RIVS REGIMINIS, *JVDICII* PROVINCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSOR, AC  
DICTÆ CIVITATIS CONSVL PRIMARIVS.

AD LECTIONEM CVRSORIAM

*Super Aeth. Sacramenta puberum C. Si adv. vendit.*

ET DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

DE

COLLATIONE CIRCA SVMTVS  
STVDIORVM,

A

NOBILISSIMO *JVRIVM* CANDIDATO

DOMINO

GEORGIO HENRICO *Rosenbach*

D. XXIX. MART. A. MDCCXXIV.

IN AVDITORIO *JCTORVM* MAJORI

HABENDAS,

DECENTER INVITAT,

ET SIMVL


*QVÆDAM DE JVRAMENTIS*

PRÆMITTIT.

---

ERFORDIÆ,  
TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.





Um mortalium generi societati que humanæ conservandæ, nihil aptius nihil commodius atque tutius sit, quam Religionis vinculum; Omni modo magistratui laborandum quo illi qui in Republica vivere intendunt, Religionem aliquam amplectantur, nulli enim Religioni addicti, vitam pecorum more transigunt; non solum si statum animæ illorum consideres, sed quoad vitam quoque civilem. Qualis enim fiducia qualis promissionum vis, qualis societas naturalis, in homine nulli Religioni addicto? nemo sane vitam sibi tranquillam pervadere possit, imo omnia momenta non solum jacturam bonorum, sed & interitum minarentur. Fidem servare naturalis itaque religionis vinculum, & in hoc totum Jus naturæ superfructum. Egregie hinc de

) ( 2

majo-

majoribus nostris, fortibus ac virilibus Germanis dicitur, quod apud ipsos plus valuerint boni mores, quam multæ & innumeræ Leges, vid. TACITVS *de moribus Germ.* bonis autem moribus ipsorum præcipue hoc fuit adscriptum, quod fidem fallere fuerint nescii. Hinc fides antiqua Germanorum, cujus vestigia ad nostra quoque appulere pomæria. Inspicere solum liceat pacta nuda quorum vis & efficacia Jure Romano nulla. Germanis verò hoc visum, quasi puerilia tractarent, dum formullis stipulationum deberent esse adstricti, & non in cujusque possent jurare verba. Sed pervestiganda jamjam nostra Germania, & videndum, in quam excellenti gradu fides antiqua adhuc remanserit, & profecto vix umbram adhuc superesse ambabus concederem. Tanta enim invaluit nequitia, ejusmodi fraudes atque fallaciæ, ut putares omnia ad extrema rerum cacumina pervenisse, & illi qui inter Christianos degunt vix eorum mereantur nomen. Quod vel solus Juramentorum usus & abusus potest monstrare. Licet enim efficacissimum hoc remedium esse ad obviandum multis fraudibus, & coercedos innumeros dolos, nemo in dubium vocabit, (legitur enim apud GROTIUM *de J. B. & P. L. 2. c. 13. §. 1.* quod non solum apud Christianos, sed & paganæ superstitioni addictos magna fuerit Jurisjurandi auctoritas) tamen cum in N. T. jurare sit prohibitum, mentem Salvatoris nostri haud aliter interpretari possumus, quam quod solum nimium & frustraneum Juramentorum usum restrinxerit. Recte tamen Juramenta necessaria & Judicialia præstari, (postquam di-

Etum Christi non aliter quam de voluntariis intelligi  
posse, scriptores nostri ubique docuerunt,) sensus S.  
S. & intentio Christi, imo quod ea Veteris Testa-  
menti: *per Nomen DEI tui jurabis*, Christus noluerit  
abrogare, sed solum Legem interpretari & adimplere,  
fatis abunde ob oculos ponunt. Hinc satis puto incau-  
tum, inter peccata à B. JO. SAM. STRYCKIO in  
*meletematibus Juram. Melet. 1. c. 1. §. 14.* referri, a vero  
Christiano exigere Juramentum, debere enim ab  
hoc omnia procul abesse mendacia, & vitæ morum-  
que integritate aliis esse exemplo; Admodum enim  
de infucata inter Christianos charitate & sinceritate,  
judicare erit difficile, cum soli perscrutatio cordium  
Divino Numini reservata sit; ac præterea humana  
natura quata talis, ad divina cognoscenda sit inepta. Quid  
quod verus Christianus innumeris quoque mendis est  
subjectus, ut itaque probe fieri possit, quod per has  
mendas alter gravem patiatur injuriam. Et si Jure Di-  
vino & humano Juris sui prosecutio præcepta, hæcque  
non aliter quandoque quam per Juramenti delationem,  
(quæ quoque in sacris appellatur finis omnis  
litis) fieri possit, non video (cum illa species Jura-  
menti de qua supra dictum nullibi vetita sit, sed potius  
approbata) cur Christiani ab hac debeant esse exem-  
ti? Licet itaque, si in statu integritatis mansissemus,  
nulla Juramenti delatione opus fuisset, tamen  
vulgatum est hunc statum nos in hac vita non  
posse recuperare. Si itaque cum STRYCKIO *all. loc.*  
præcepta Christi in N. T. ad restaurandum statum  
perfectionis solum vellemus applicare, iis vitam no-

fram accommodare esset impossibile, & sic mera essent Consilia Sapientiae, quomodo in statu integritatis vivendum. Christiani primitivae Ecclesiae egregium nobis ob oculos posuerunt exemplum in praestandis necessariis Juramentis, dum nunquam homagia summis denegavere imperantibus, uti videri potest, apud **ARNOLDVM** in der Abbildung der ersten Christen, p. 1. lib. 5. c. 6. §. 15. & 16. Jura nostra extensionem praestationis Juramenti quoque ad illos, qui solum pubertatis attingere terminos fecere, uti patet ex *Nova Friderici Constitutione in Auth. Sacramenta puberum C. Si adv. vendit*, & licet Jura Civilia alias Juramentum non latius velint interpretandum quam natura actus ferat, vid. *L. ult. C. de non numer. pec. conf. CARPZOV. Jurisprud. Consist. L. 3. §. 4. def. 55. n. 15. & 16.* tamen haec constitutio potius viderur sequi mentem Juris Canonici, quod actus Civiles quibus nihil inest turpitudinis, ob solam illius adjectionem corroborat, vid. *c. 28. X de Jurejurando. c. 2. de pact. in 6to.* Refert de hac constitutione **PANCIROLLVS** *de claris Legum interpretibus* quod Imperator casum pro Amico ibi fecerit. Cum enim inter Bononiensis Jcti **IRNERII** discipulos **MARTINVM GOSIAM** & **BVLGARVM** disceptatio esset orta, illeque contractibus invalidis per Juramentum validitatem conciliari arbitratus, hic vero strenue huic contradixerit, Princeps qui magis **GOSIAM** dilexerit ipsi assensum suum praebuerit. Sufficient haec in praesentiarum. Pluribus hanc Friderici Constitutionem in Lectione sua cursoria prosequetur

*Vir*



*Vir Nobilissimus & Clarissimus*

**DN. GEORG. HENRIC. Rosenbach/**

Qui haud immerito sibi gratulatur de Patria Grimma, Circuli Misnici urbe, ubi Anno 1695. d. 22. Octobr. in lucem editus, imprimis, cum ibi inter Senatorii Ordinis Proceres, ad duo retro secula & supra, Majores suos ex Patre numeret. Genitorem veneratur Dn. GEORGIUM Rosenbach, ejusdem urbis Consulem meritissimum, in vivis adhuc existentem, quem Deus T. O. M. porrò quam diutissime supersitem esse jubeat, indefinenter exoptat, Matrem verò, foeminam omnibus virtutibus, sexum muliebrem ornantibus præditam, SUSANNAM, ex PÖRSCHMANNIORUM, quæ satis diu ibidem floruit, gente oriundam, multis abhinc annis beatâ morte defunctam. Hi sui parentes dilectissimi lavacro S. Baptismatis & fundamentis pietatis præmissis, summam dederunt operam ut ad studia accingeretur, quapropter eum in scholam patriam ad prima literarum fundamenta sub manu ductione longe doctissimorum virorum Dn. M. HAUPTII, Rectoris, & Dn. SCARFFII, Cantoris, haurienda, miserunt. Deinde in Gymnasium quod ibidem floret, Regium atque Electorale anno. 1707. se contulit, ibique Dnum. JACOBI, primum quartum ejus scholæ Collegam, & Dnum. KNAUTHIUM, postea Dnum. ERMELIUM Con-Rectorem, nec non Dnum. PETERMANN. Rectorem; omnes istius Lycei celeberrimos, per quinquennium Præceptores habuit fidelissimos atque clarissimos. Anno MDCCXIII. in Academiam Lipsiensem delatus, & sub manu ductione Viri præcellentissimi, tunc Rectoris Magnifici Dni. HARTII, Philosophiam absolvit, & quoniam præ cæteris studium Theologicum ipsi arridebat, huic sese mancipavit, sub manu ductione in Thetic. maxime Venerandi Dni. PFEIFFERI, in Homilericis, maxime Venerandi Dni. WERNERI; Ast cum eidem per aliquod tempus ibidem commoranti,

ti, Mater dilectissima pramatura morte è vivis erepta es-  
set, domum redire, & Dno. Patri assistere necessarium  
duxit. Tandem studio Jurisprudentiæ operam dicare  
in animum induxit, & hunc in finem Anno MDCCXIX.  
inclytam Vitebergensium Academiam petiit, ibique sem-  
per in omni Juris parte, tam publicis quam privatis  
Lectiõibus famigeratissimorum Jctorum, Dn. WERN-  
HERI, *Conf. Saxi Aulici*, Dni. BASTINELLERI *ibidem Confil. Sax.*  
*Aulici*, hospitis sui in perpetuum colendi, Dni. MENCKE-  
NII, Profess. longe celeberrimi, Dn. DE BERGER, *Confil.*  
*Summi Appellationum Judicii Saxonici*, Dni. SPENERI, Prof. Hist.  
Dni. KEMMRICH, Prof. Jur. Publ. imprimis Dni. KRAUS.  
Profess. Jur. Sax. & Practici celeberrimi, sedulo & con-  
stanter interfuit. Peractis hisce nostram perantiquam  
accessit Hieranam, ibique matricula nomen dedit, ea in-  
tentione ut tanquam Civis Academicus aspirare possit  
ad Jurium honores, Et cum Facultati nostræ hoc suum  
desiderium modeste proposuisset, ad vires ipsius ten-  
tandas, præfixus est terminus ad examen rigorosum.  
Cum autem ibi non solum apte ad interrogata respon-  
derit, sed & textus transmissos legaliter evolverit, no-  
luimus ad ulteriora specimina, & ad ipsos honores Acade-  
micos accessum eidem denegare. Publica itaque quæ re-  
stant edenda Specimina, Lectiõnem nimirum cursoriam &  
Dissertationem Inauguralem, d. h. Mercur. publi-  
scare paratus est. Quo autem Actus hosce, sua præ-  
sentia Magnif. Dn. Rector, Dominique Proceres Aca-  
demici solennes reddere, ac Domini Studiosi frequen-  
ter iisdem interesse velint, Decenter invitantur. publ. d.  
26. Mart. Dominic. Judica Anno M DCC XXIV.

(L.S.)





Erfurt, Diss., 1724

X 2386 980

ULB Halle

007 017 499

3



VD 18





Inches

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1724, 23

2 22

ALLEGII JURIDICI  
 ANTIQVÆ VNIVERSITATIS ERFORDIENSIS  
 DECANVS,  
 STVS TENZELL,  
 JCTVS,  
 SSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIA-  
 DICII PROVINCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSOR, AC  
 TÆ CIVITATIS CONSVL PRIMARIVS.  
 ECTIONEM CVRSORIAM  
 cramenta puberum C. Si adv. vendit.  
 ERTATIONEM INAVGVRALEM  
 DE  
 TIONE CIRCA SVMTVS  
 STUDIORVM,  
 A  
 ILISSIMO JURIVM CANDIDATO  
 DOMINO  
 O HENRICO Rosenbach/  
 IX. MART. A. MDCCXXIV.  
 TORIO JCTORVM MAJORI  
 HABENDAS,  
 DECENTER INVITAT,  
 ET SIMVL  
 AM DE JVRAMENTIS  
 PRÆMITTIT.

---

ERFORDIÆ,  
 GROSCHIANIS, Acad. Typogr.